



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

108. An per Bullam sit commutabile votum castitatis conjugalis? Et an ita
vovens possit inire matrimonium? Et an in tali voto possit etiam Episcopus
dispensare? Ex p. 1. tr. 11. res. 62. Et ad ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

RESOL. CVIII.

An per Bullam sit commutabile votum Castitatis continen-
tialis?
Et an ita vouens possit inire matrimonium?
Et an in tali voto possit etiam Episcopus dispensare? Ex
p. 1. tract. 11. Ref. 12.
Et ad litteram in Ref. Si. eiusdem tract. Sed quia in pri-
ma Ref. hic assignata sunt duo auctores plus quam
in secunda, ideo prima hic transcribitur.

Respondeo affirmatiue cum Henriquez in sum.
lib. 7. cap. 30. n. 7. quia hoc votum non est vo-
tum castitatis absolutum, sed partis: nam ita vouens,
peccat inire matrimonium.
1. Et in tali voto dispensat Episcopus, vt notauit
Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 40. num. 50. & de mar.
tom. 3. disp. 9. n. 7. Sanctarillus de Iubil. c. 9. dub. 3.
Leone etiam de Iubil. p. 2. quest. 13. sect. 2. numero 103. &
alij.

RESOL. CIX.

An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum
Castitatis vxoris, vel viri tempore matrimony consum-
mationis emissæ?
Et an in tali voto possit Episcopus dispensare?
Et an tale votum non obliget ad non reddendum de-
bitum?
Et notatur dictam commutationem virtute Cruciatæ ad
petendum debitum durare durante matrimonio; nam
sibi soluto, ita vouens tenetur seruari votum simplicis
Castitatis, nisi à Summo Pontifice obtineat dispensatio-
nem? Ex p. 1. tract. 11. Ref. 70.

Respondeo affirmatiue, dummodo tale votum
fuerit factum ab vxore, vel à marito, sine
consensu reciproco. Et ratio est: quia, vt notat Guttier-
rez in canon. lib. 2. c. 22. num. 9. Aragon. in 2. 1. quest. 88.
art. 8. dub. 1. Stunica de voto, quest. 3. num. 64. Rodri-
quez in sum. tom. 1. cap. 90. n. 6. in fin. & alij potest Epi-
scopus in tali voto dispensare: ergo poterit Confessa-
rius virtute Bullæ Cruciatæ.
1. Notandum est etiam pro Confessariis, quod,
cum tale votum non sit omnimodæ castitatis non obli-
gat ad non reddendum, etiam quando redditio est vo-
luntaria propter alterius coniugis adulterium, aut di-
uortium, vt probat Sanchez de mar. tom. 3. l. 9. disp. 35.
n. 16. & alij.
1. Igitur tale votum commutet Confessarius per
Cruciatam, cum non sit votum omnimodæ continen-
tiæ, cum ad non reddendum debitum obligare ne-
queat: & ideo per Bullam est commutabile. Vide se-
quentia §. vltimo Ref. 107.

RESOL. CX.

An per Bullam Cruciatæ Confessarius possit commutare
votum Castitatis emissum cum licentia alterius con-
iugis?
Et an ita vouens, sine ante, sine post consummationem ma-
trimony tenetur reddere debitum?
Et an tale votum possit ab Episcopo dispensari?
Et quid est dicendum, quando vterque coniux continen-
tiam vouit absque alterius licentia, vel quando vterque
sorum continentiam vouit, habita tamen ab altero li-
centia?

Tom. IV.

Et quid, si vterque communi consensu continentiam
vouerit per modum contractus, & reciproca conuen-
tionis?
Et an Episcopus in supradictis casibus non possit cum illis
coniugatis dispensare, & per consequens neque Confes-
sarius per Bullam Cruciatæ?
Et notatur, quod supradicti coniuges, qui ita vouerunt, re-
mitterent sibi ad inuicem renunciationem illam iuris
petendi, & reddendi debitum, quam vouendo fecerunt,
licet remissio fuerit sacrilega contra votum, esset tamen
valida, & teneretur vterque reddere debitum alteri pe-
tenti, & poterit tunc Episcopus dispensare ad peten-
dum debitum, & per consequens etiam Confessarius
virtute Cruciatæ? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 82.

§. 1. Respondeo affirmatiue: & ita, loquens de
Episcopo, docet Rodriguez in sum. to. 1. c. 243.
n. 14. & Vegha in sum. tom. 2. c. 129. cas. 77.
2. Sed Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 40. limi-
tat hanc sententiam, quando ita vouens non habet
animum ingrediendi Religionem; nam, si tale vo-
tum absque animo ingressus Religionis factum sit,
sive ante, sive post consummationem matrimonij
putat, posse Episcopum in eo voto dispensare: quia
non est votum omnimodæ castitatis: sed partis: & eo
non obstante, tenetur ita vouens reddere debitum
& potest reddere, licet alter in adulterium incidat.
Et per consequens potest Confessarius, virtute
Bullæ Cruciatæ: tale votum commutare, vt docet
idem Sanchez de marim. tom. 3. lib. 8. disputat. 15.
num. 7.

3. Et hæc doctrina procedit etiam, quando vterque
coniux continentiam vouit absque alterius licentia;
vel quando vterque scortum continentiam vouit, ha-
bita tamen ab altero licentia: secus autem, si vterque
communi consensu continentiam voueret per modum
contractus, ac reciproca conuentionis: Facio vt fa-
cias, quia ita vouentes obligant se ad votum absolutæ
& integræ Castitatis: vnde non possunt, nec reddere,
nec petere debitum.

4. Ideo dicendum est, non posse Episcopum dis-
pensare cum istis coniugatis, & per consequens
neque Confessarios per Bullam. Et ita notauit San-
chez, vbi supra, tom. 3. lib. 8. disp. 11. num. 7. & seq.
Molfesius in summa tom. 1. tract. 11. cap. 15. num. 123. &
seq. Quod si coniuges prædicti, qui ita vouerunt, re-
mitterent sibi ad inuicem renunciationem illam iuris
petendi, & reddendi debitum, quam vouendo fece-
runt, & sibi conferrent iterum potestatem suorum
corporum, licet remissio esset sacrilega contra votum,
esset tamen valida; & teneretur vterque reddere de-
bitum alteri petenti; & poterit tunc Episcopus dis-
pensare ad petendum debitum absque peccato. Ita
Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 40. numero 61, qui
etiam tom. 3. de mar. lib. 8. disputat. 5. numero 7, do-
cuit, quod est valde notandum à Confessariis, pos-
se illos, virtute Bullæ Cruciatæ, commutare vo-
ta castitatis emissæ à coniugatis in his omnibus
casibus, in quibus, eod quod deficiant à ratione voti
castitatis perfecta Episcopi possunt illa dispensare;
quia in his casibus non sunt vota absoluta castitatis;
& ideo per Cruciatam sunt commutabilia. Ex
quo principio deduces resolutionem multorum
casuum.

RESOL. CXI.

An per Bullam possit Confessarius commutare votum non
petenti debitum, etiam si tale votum fuerit emissum
ex alterius coniugis licentia?

K 2

Sup. hoc in
tom. 2. tr. 6.
Ref. 219. à
lin. 5. pro
Episcopo.

Sup. hoc in
Ref. præcri-
ta §. 2. & in
alio eius
not.

Sup. hoc in
tom. 1. tr. 6.
Ref. 10. §. 1.
& hic inf. in
Ref. seq. ad
lin. 4. vers.
Ino.

Sup. hoc
quod hic
docetur in
§. 1. not. præ-
teritæ, præ-
teritæ, præ-
teritæ, præ-
teritæ, præ-
teritæ.